


Eilhard Lubin Jonas Vinitor

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro
: Undecima, Quod Philosophi Agnorint Dei Providentiam, Quae Inter Fortunam Et
Fatum Medium Tenet**

Rostochii: Reusnerus, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756646367>

Druck Freier  Zugang



R. U. theol.
Lubinus, Eilh.
d'isp. de veritate relig.
christianae 1-24.
1602:03.
1601-1602

Contenta :

- ① Frid. Cressius, De veritate religionis christianae I 1601
- ② Das. Rezzius, De ver. rel. chr. II 1601
- ③ Hart. Kallerwordian, De ver. rel. chr. III 1601
- ④ Joh. Buxlinus, De ver. rel. chr. IV 1601
- ⑤ Abr. Drentrot, De ver. rel. chr. V 1601
- ⑥ Joh. Frisius, De ver. rel. chr. VI 1601
- ⑦ Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII 1601
- ⑧ Boc. Hagius, De ver. rel. chr. VIII 1601
- ⑨ Dan. Nicolai, De ver. rel. chr. IX 1601
- ⑩ Joh. Wataham, De ver. rel. chr. X 1602
- ⑪ Joen Vintor, De ver. rel. chr. XI 1602
- ⑫ Werner. Fabricius, De ver. rel. chr. XII 1602
- ⑬ Paul. Fickius, De ver. rel. chr. XIII 1602
- ⑭ Frid. Cressius, De ver. rel. chr. XIV 1602
- ⑮ Das. Rezzius, De ver. rel. chr. XV 1602
- ⑯ Hart. Kallerwordian, De ver. rel. chr. XVI 1602
- ⑰ Joh. Buxlinus, De ver. rel. chr. XVII 1602
- ⑱ Werner. Fabricius, De ver. rel. chr. XVIII 1602
- ⑲ Joh. Frisius, De ver. rel. chr. XIX 1602
- ⑳ Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX 1602
- ㉑ Dan. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI 1602
- ㉒ Joh. Wataham, De ver. rel. chr. XXII 1602
- ㉓ Joen Vintor, De ver. rel. chr. XXIII 1602
- ㉔ Paul. Fickius, De ver. rel. chr. XXIV 1602

Rostock un. 1602 —

Disputationum
DE VERITATE
RELIGIONIS

CHRISTIANÆ,
EX P. MORNÆI, DE
EADEM LIBRO,

Vndecima,

QVOD PHILOSOPHI AGNO-
RINT DEI PROVIDENTIAM, QVÆ IN-
TER FORTVNAM ET FATVM
MEDIVM TENET.

Quam

DEO DVCE ET AVSPICE
P R A E S I D E
EILHARDO LVBINO,

*In alma Rosarum Academia defen-
dere conabitur*

JONAS VINITOR Verdensis.

Hora & loco consueto.

ROSTOCHII
Exprimebat Christophorus Reusnerus,
ANNO M. D. CII.

DE VERTI
R. E. L. I. O. N. I. A.
C. R. I. S. T. I. A. N. I.
S. T. A. T. U. S.




OVOD P. H. I. L. I. O. G. R. A. P. H. I. C. A.
R. E. N. T. D. E. P. T. I. O. N. I. S.
T. H. E. F. O. R. M. A. T. I. O. N. I. S.
M. O. N. T. P. E. T. R. I. I.

Quaestio
Deo D. C. et A. S. S. I. S. T. A. N. T. I.
P. R. A. S. I. D. A.

ELIHA. S. T. A. T. I. S.
D. I. S. S. E. R. T. A. T. I. O. N. I. S.
T. O. M. A. S. V. I. T. I. O. S. A. K. T. I. S.

Explicatio
R. O. S. T. O. C. H. I. I.
Explicatio in physica
C. A. N. O. S. I. S.




ΕΥΝ ΘΕΩ.

DISPUTATIO VNDECIMA.

QVOD PHILOSOPHI
AGNORINT DEI PROVIDENTIAM,
QVÆ INTER FORTVNAM ET FATVM
MEDIVM TENET.

I.



AD Philosophos quod spectet, quisquis inter illos
Mundum creatum agnovit, creationis Corollarium
etiam Providentiam DEI agnovit. Quin etiam
non desuerunt, qui creationem negare ausi, Provi-
dentiam, a deo perspicuam negare erubuerint.

II.

Hermes disertissimè, tum ex mundi, tum ex hominis totius
& partium creatione providentiam DEI demonstrat. Corru-
ptionem vero rerum & Malum non creatori imputandum esse,
sed materiæ esse consequens, ex quâ quicquid creatum sit, crea-
tori adæquari nequeat.

III.

Plato cum potentiam sapientiam, & bonitatem in Deo æ-
qualem esse dicit, providentiam evidenter demonstrat, quâ o-
mnia ob hominem, homo autem ob Deum factus sit. Qui au-
tem per potentiam suam omnia ad se dirigere potuit, per ean-
dem etiam omnia ad se potest deducere. Ideas etiam rerum
citra providentiam, non conservari demonstrat.

IV.

Plotinus de Providentia integris libris conscriptis demon-
stravit eam etiam esse in minimis. Malis omnia prospera in ma-
lum, Bonis omnia adversa in bonum cedere, quibus ad victo-
riam

A 2

riam

riam malorum omnium athletarum instar præparentur. Malum vero bonorum tantum defectum esse, non à Deo sed à materiâ, in quo DEI providentia vel maximè innotescat.

V.

Porphyrius curiosas & blasphemias de arcanâ & impervestigabili DEI providentiâ quæstiones damnat, cum mens humana ad Deum penetrare nequeat, cui jure, quam etiam regibus indulgemus, dispositiõ sui regni sit relinquenda.

VI.

Ceterum Deum omnia sapientissimè ad universi harmoniam dirigere, etiam singula gubernare, & conservare. Qui, ut medicus in salutem totius corporis, quædam membra interdum amputat, interdum amburit; sic ad universi curationem quædam partes avelli & mori sinat.

VII.

Synesius Platonicus bonos ærumnis hîc premi adfirmat, ut à mundo ad Deum cogitationes avertere discant. Contra prosperitatibus malos vexari & fascinari, & à Deo abduci.

VIII.

Hierocles providentiam DEI in omnibus disertissimè asserit, quam quod comprehendere non possimus ignorantia humanæ deberi.

IX.

Aristoteles, licet perplexus videatur, tamen cum docet mundum à Deo tanquam à fine dependere, providentiam satis inquit, quâ mundus ad Deum tanquam finem suum revocetur: cumque alibi doceat, singula ad suum, omnia ad etiam irrationalia ad universalem finem tendere, satis indicat illa à summa mente regi. Quid? quod de providentiâ dubitantibus, non verbis sed verberibus respondendum esse censuerit.

X.

Theophrastus ut omnium creationem, sic etiam omnium gubernationem asseruit. Aphrodisæus Deum omnium etiam minutissimarum rerum curam gerere & velle & posse demonstrat.

Idem

XI.

Idem sentit Plutarchus, Seneca, Epictetus, etiam hęc de re gravissimis libris conscriptis. Quin etiam Apollo Diabolus ipse hoc suis oraculis confirmat, Deum nihil latere, & omnibus providere.

XII.

Populi autem toto orbe diffusi quid senserint de Providentię Poetę Gręci & Latini quorum multa in hanc sententiam egregię dicta exstant, indicarunt satis. Quod etiam gentes omnes naturaliter religionem aliquam observant, Deum in malis invocant, satis indicat providentię cognitionem hominibus ratione utentibus prorsus esse naturalem.

XIII.

Quod quidam de Fortunã aut casu objiciunt rectę sententibus ridiculum est. Si enim per fortunam defectum vel absentiam causę efficientis aut finalis intelligant, vel ut Poetę fabulantur cęcam volubilem & inconstantem, nescio quam, Deum, absurdissima proferunt, cum rarus ordo in mundo per certam, aliquam causam necessario conservetur, & ad certum finem dirigatur.

XIII.

Sin, ut Proclus, divinam quandam potestatem occultam, causas longę diffitas ad unum finem occultę copulantes, rectę cum sanioribus sentiunt, & Deum alió tantum fortunę nomine, appellatione ex ignorantia humanã natã, quã sublatã tolleretur etiam fortunę nomen, appellant.

XV.

Nam & in actionibus hominum quę prudentiores parentes & domini consilio fecerunt, pueri & servi casu sæpe factum arbitrantur: quanto magis cęcitati & ignorantię nostrę casu facta videbuntur, quę Deus facit consilio & providentiã singulari.

XVI.

Cum etiam homines remotissimas causas prudentia sua copulare possint ad unum finem, e. g. ad cibi coctionem silicem ex quo ignem excutiunt, quo igne aquam calfaciunt, quã concoquant cibum: quis furor est de Deo hoc negare velle, qui quę-

cunq̄ue suâ providentiâ copulat; ex nihilo omnia creavit.

XVII.

Nec audiendi rigidiores illi, qui cum audiunt omnia etiam fortuita à Deo ad certum finem dirigi, & à decreto Dei non posse deflectere, omnia necessario fieri arbitrantur, etiam actiones liberas, & arbitrarias.

XVIII.

Quamvis enim homo liberâ suâ voluntate DEI voluntati possit resistere, non tamen eâdem voluntate divinæ voluntatis cursum, quâ regitur etiam mala voluntas hominis, potest impedire. Potuit enim Cyrus ambitione suâ Dei voluntatem offendere, ceterum finem illum bonum ad quem ambitio Cyri mala à Deo dirigebatur, liberationem Israelis impedire non potuit.

XIX.

Vt enim primus motus omnes inferiores orbes secum rapit unicuique interim suum proprium motum relinquens, unde pulcherrima illa constellationum in cælo varietas: Sic suprema illa Dei voluntas, omnes hominum voluntates ad suum finem dirigit, nullam interim cogens, sed unamquamque suæ naturæ relinquens, sive illa mobilis sive immobilis sit, sive sensibilis sit, sive rationalis, sive naturalis, sive voluntaria, unde admirabilis illa omnium in mundo varietas, divinæ providentiæ quasi sub materia.

XX.

Quo autem quæque res liberior hoc Dei providentis gloria & potentia major, cum voluntas etiam mala suis adfectibus acta, Voluntati Dei renitens nihilominus ad finem à Deo constitutum imprudens & nescia perducatur.

XXI.

Minor autem potentia & gloria Dei videretur, si Deus voluntates omnes cogèret, & quasi ad remum alligatas teneret, quæ quo arctius tenerentur hoc angustior putaretur potentia Dei metuentis quasi ne solverentur.

XXII.

Rursus cum omnibus sua libertas (de actionibus humanis loquor, quæ sensibus & rationi humanæ proportionantur, non de salutis via, ad quam humana ratio & voluntas manca est) relinquatur,

quatur, ni superior omnes gubernet, diversi in rebus fines, ruina,
& ordinis distractio erit.

XXIII.

Deus ergo in nostra libertate potentiam providentiæ suam
manifestat, dum ut licentiam tollat, omnia ad suam voluntatem
flectit. Ut venator cani suum cuique appetitum relinquit, qui ta-
men venatori serviunt: dux exercitus suum cuique militi adfe-
ctum honorem, æmulationem, avaritiam, relinquit, qui tamen o-
mnes ducis victoriæ militant.

XXIV.

Quamvis autem nemo possit aliter agere, quàm Deus, qui
præsentem omnia intuetur, fieri providet: interea tamen nullam
rebus necessitatem addit. Vider enim necessaria necessitatio, na-
turalia naturaliter, libera liberè agere. Ut & nos homines cum
præsentem quid fieri videmus necessarium jam est, licet alio atq,
alio motu fiat, solem oriri necessario, è glande quercum nasci na-
turaliter, homines deliberare, voluntariè.

XXV.

Statuit enim ille causas primas, secundas, tertias, quartas,
caq; ita connexuit, ut ex primis intermedijs, ultimis, inter quas
& voluntates humanæ, suam ille voluntatem extruat. Ut
in historiâ Iosephi odium fratrum, libidinem fæminæ, anxietate-
tem regis, ad Israël's & filiorum salutem direxit.

XXVI.

Deniq; apud Deum necessaria sunt, quæ in rebus ipsis con-
tingentia sunt. Deus enim hominem naturaliter & voluntariè
agere ab æterno intuetur, ita tamen ut hominis voluntatem sibi
subjectam habeat, nec tamen cogat.

XXVII.

Sic ergo voluntas Dei & Providentia inter fortunam Epicu-
ri & fatum Chrysippo; inter casum & necessitatem, inter licenti-
am & servitutem perambulat, quæ suum cuique motum relin-
quens nihilominus omnia ad suum finem accommodat.

XXVIII.

Astrologi quidam, qui ex necessaria cœli revolutione, cui o-
mnia, vitam, actiones, & mores hominum subijciunt, fatalem o-
mnium

omnium necessitatem exstruunt, ut impij & alogi, à Mirandulano
profligati, responſionem non mereantur.

XXIX.


Conſtat ergo Deum ſummum Ens, omnia creâſſe & guber-
nare, cujus providentia in confuſione inferiorum vel maximè re-
fulget, in quibus bonis omnia bona, malis mala, peccata etiam ad
DEI gloriam revocantur.

XXX.

Providentiã autem ſi non cognoscimus noſtræ ignoran-
tiæ imputemus, fortunam & fatum rebus mundanis exclu-
dentes, vel ad primam omnium cauſam DEVM ſobriè referentes.
Cui æterna laus & gratia. Amen.


AXIOMATA.

1. Qui creationem negat, providentiã etiam negat.
2. Ad finem nihil, niſi creatum refertur.
3. Corruptio omnis Materia conſequens eſt.
4. Providentiã eſſe ſcire, homini naturale eſt.
5. Nemo poteſt aliter agere, atq. Deus ab æterno intuetur.
6. Dei inſpectio ſuam cuiq. agenti naturam relinquit.
7. Astrologicum fatum, vanum & ridiculum.
8. Fortuna vanum imprudentiã nomen eſt.



4 10 1056





ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum nē-

tionem illam repentinam, quā Deorum cultus
nt, ad constellationem referunt, quā mundum
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-
ominari supponunt, quæ vesanorum hominum
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,
imis sæpe religionibus inbuti, quā insaniam suam
Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-
♄ Chaldaicam, cum ☉ Aegyptiam, cum ♃ Mahu-
a, cum ♁ Antichristianam, Addunt a. magnas medias
interq; se de religionis domo variè contendunt (quæ
ex fo) prius inter se insulsi & insani conveniant, an-
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod nex
Astrologorum somnio sex esse possint Religiones
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pio-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso
on cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-
xtendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-
nyanæi, Appulei Madaurenfis. Cum Simon vel eo-
is sit, Iesu divinitati concesserit. Et cuius Diabolica
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-